NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 156v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et similit' in causa efficiente et
in eo quiescant sic in fine Pro
uerbiorum 16 Vniuersa propter semetipsum
operatus est dominus Ideo subdit Omnia
legatur sic littera Omnia per ipsum creata
sunt efficienter et in ipso scilicet quiescunt
finaliter et ipse est ante omnes scilicet
creaturas quas precedit dominatione
et dignitate et omnia in ipso constant
quia per ipsum omnia conseruantur in esse Sic
enim de nichilo creata sunt sic in
nichilum redigerentur nisi per ipsum
manu tenerentur Et ipse est ca
put Hic contra ponitur excellencia
xpi quantum ad corpus eius misticum Cum
dicitur et ipse est caput corporis ecclesie influ
ens secundum et motum secundum uitam gratie Joh 1
de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro
gratia Qui est principium primogenitus ex
mortuis licet enim aliqui surrexerunt
a morte ante xpm ut lazarus et plures
alii illa tamen non fuit perfecta resurrectio quia resur
rexerunt ad uitam mortalem que magis dicitur
mors quam uita quia est quoddam ten
dens ad mortem vnde et illi postea
mortui sunt Sed xpus prius resur
rexit ad uitam immortalem que
est vera et perfecta resurrectio et quia
primum in aliquo genere est causa aliorum Ideo
resurrectio xpi est causa resurrectionis nostre
propter quod dicitur hic principium primogenitus
ex mortuis ut sit in omnibus ipse
primatum tenens non solum respectu
hominum sed etiam omnium angelorum Tum
propter plenitudinem gratie que data est
ei non ad mensuram Joh 3 angelis
autem ad mensuram data est Tum quia
licet humana natura xpi secundum se accepta

sit inferior angelica propter quod xpus dicitur
ab angelis memoratus ps 8 tamen in
quantum est vnita diuinitati in supposito
filii excellentior est effecta Ideo subdit
Quia in ipso homine xpo complacuit
toti trinitati omnem plenitudinem
scilicet gratie inhabitare Illa enim plenitudo
data fuit a tota trinitate Secundum ex
cellenciam autem vnionis sic exponitur
Quia in ipso homine xpo complacuit filio
dei omnem plenitudinem inhabitare i. secundum
plenitudinem sue diuinitatis quia solus
filius est incarnatus licet hanc incar
nationem tota trinitas fecerit et per eum
reconciliari omnia in ipsum deum
patrem pacificans per sanguinem crucis
eius qui fuit sufficientissimus ad sa
tisfaciendum omnibus Ideo subditur
siue que in terris sunt quantum ad homines siue
que in celis quantum ad angelos non
tamen sic intelligendo quod peccatum angeli sit
finaliter remissibile per passionem
xpi ut credidit Origenes sed
quia per passionem xpi eorum
societas restauratur per hoc
quod homines sancti per xpm re
dempti ibidem assumuntur
Ex istis autem excellenciis
apparet auctoritas euangelii cuius lator
est xpus Et uos hic contra inducit
colosenses ad obseruanciam ipsius dicens
Et uos cum essetis aliquando alienati
a deo per ydolatriam et inimici sensu
i. sensibiliter et manifeste in operibus malis
i. per opera mala ad sensum patencia
nunc autem post vestram conuersionem reconci
liauit nos supple in corpore
carnis eius i. in corpore suo passibili